



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Calcei cærulei Regum Gallorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

R.
qui
os in
sus
brexii
erunt
non
lligi
arum
nor
kerint
reddi
a adeo
co cu
colore
patur
n sunt
n con
yacin
pureu
erony
verba
it alli
es, G
byacin
, quod
is est
III

LIBER PRIMUS. 51

ut rapiantur in occursum Domini in aerem, & ad cælestia regna festinent.

Idem alibi: *Involucra hyacinthina*, Hier. in propter coloris similitudinem, referamus ad aerias potestates. Neque

Hieronymus tantum, sed & alii complures cum cœlo & aere hyacinthum & hyacinthinum contulerunt. Ita Origines, Theodore-

Orig. in
Exod.

tus, Gregorius Nyssenus, Am- brosius. Quomodo & Arabum interprétū unum *שְׁמַרְנָה* *שְׁמַרְנָה* *פֶלֶס* *pelles* in Exod.

Hom. 13.

Theodor. *coloris cælestis* reddidisse superius vidimus.

Quæst. 6.

Gregor.

Nys. de

vita Mois.

Ambr. in

Apoc. 9.

VII. At nos *υάκινθος* male expoeni colorem cæruleum putamus. Est quidem is color etiamnum usitatus in pompaticis Regum Gallorum calceis, quos è ferico, velutove cæruleo, cum liliis aureis opere Phrygio intextis, confici consuevit, auctor est Monstreletus. Quales in variis Galliq locis in multis Regum Gallorum imaginibus posse observari, monuit vir doctissimus Benedictus Balduinus. Ac præ omnibus unam, eamque insignem H E N R I C I M A G N I effigiem, ad vivum expressam, quæ in regio illo cænobii Sandio-

Bald. de
Cal. Ant.
cap. 4.

C 2 nyssiani

52 De CALCEIS HEBRAeor.

nysiani aerario, singularique armatio stat inclusa, id ostendere, quæ præter vestimentorum, quibus in sua inauguratione Gallici Reges uti solent, insignia, calceos è serico cæruleo, liliis aureis distincto, spectantium oculis exhibet. Olim tamen calceos cærulei coloris in usu fuisse merito dubitamus. In omni antiquitate unicum exemplum nos observare potuimus, & quidem non adeo vetustum, de Michaelis Palæologi Socero, qui Sebastocrator dicebatur, & cæruleis calceis ab Imperatore distinctus fuit, uti memoriæ prodidit Nicephorus. Cæsar, inquit, cum Despote Socero Sebastocrator appellatur. Soceri vero illustri discrimen in cæruleis calceis aquilæ intertextæ constituebant. Scilicet, ea tempestate, qua purpureus color Imperatorum Constantinopolitanorum proprius fuit, in calceorum cæruleo colore discrimen est possum, ut ab ipso Imperatore socier distingueretur, qui cum aquilis intertextis cæruleos calceos habebat, cum Imperator cum aquilis intertextis purpureos gestaret.

At

Niceph.
lib. 4.